

*Doc. 30 (Scriptum est eisdem secretis
Apulie etc. Intellecto quod domus...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 30 (Scriptum est eisdem secretis
Apulie etc. Intellecto quod domus...)*

1294-05-01

Scriptum est eisdem secretis (Apulie) etc.

Intellecto quod domus palatiorum curie nostre Sancti Gervasii et Lacuspensulis, necessario indigent reparari, volumus et fidelitati vestre procipimus, quatenus facta diligenti extimatione de quantitate pecunie que pro reparatione huiusmodi necessaria esse dignoscitur, ita quod nostra curia nequeat circumscribi cum vobis exinde incumbamus, pecuniam ipsam de illa que est vel erit per manus vestras ex officiis vestris Landulfo comestabulo et iudici Manfredo de Potentia habitatori Venusii, quibus exinde per alias litteras scribimus expendendam per manus eorum in opere reparationis predictae, quos faciatis extimationi huiusmodi interesse, statim exhibere caretis et recipere de hiis que dederitis ydoneam apodixam, mandato vobis facto de tota pecunia grafferiis nostri hospitii destinanda, per quod effectus impediatur presentium non obstante. Illa itaque circa hoc diligentia intendatis ut in nostro per partes ipsas a proximo transitu, duce deo, domus ipse inveniantur ut expedit reparate, facientes fieri de extimatione predicta particulariter et distincte duo publica consimilia scripta, quorum alterum assignetis dictis comestabulo et Manfredo et alterum pro parte nostre curie conservetis.

Datum Neapoli per magistros rationales etc. die primo madii VII indictionis (1294).